



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 81. Crudelitates contra Scotiæ Reginam in Anglia inchoatæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

eo adigebat, ut Calvinistas tanquam Fratres suos reciperent, donec inter ambos doctrinæ unitas stabiliri posset: verum Jacobus Andre nunquam hoc honore Calvinii Sectatores affici patiebatur. Postea Beza hujus disputationis acta divulgabat, quæ tamen a Wittenbergensibus confutata fuere.

§. LXXXI.

Crudelitates contra Scotiae Reginam in Anglia inchoatæ.

Interim nova contra Elisabetham conspiratio in Angliæ Regno fuscitata infauftum Mariæ Scotorum Reginæ exitium accelerabat; quippe omnia seditiosorum consilia non ita pridem detecta eidem falso imputabantur, & cuncta ceterorum crimina in illam rejecta fuere: quinimo ipsi etiam Judices delegati, qui eidem assignabantur, judicii acta maturare stimulabantur, atque ex illis triginta sex Fodringam Northumbriæ arcem, ubi jam decimi sexti carceris squallores patiebatur, sese conferebant, ut eidem demandatæ suæ potestatis literas traderent, quibus perlectis Maria respondit: „non ego Angliæ Reginæ imperio obnoxia sum, proin nec, „ut coram illa in judicio compaream, „compelli valeo: Reginæ prærogativa „fruor, nec ulli, nisi soli Deo vitæ meæ „ratio

Seecul. XVI.
A.C 1586.

Thuan. l. 86.
Spond. n. 11.
Mem. de la
Ligue tom. 2.
pag. 201.

Sæcul. XVI. „rationem reddere obstringor: nemi-
 A.C. 1586. „nem vero contra Elisabetham initi-
 „gavi, nec ullum crimen commisi, ne-
 „que de ullo unquam convinci potero,
 „nisi quod innocentiae meae causam Prin-
 „cipibus exteris commendarim: nec
 „id unquam diffiteor. „

§. LXXXII.

*Elisabethæ mandata eidem nuntiata,
 atque ipsius responsum.*

Thuan. 1.86. Altera die innocens hæc Regina hunc
 Addit. aux in modum perorabat: „non sum
 mem. de Ca- „obstricta Angliæ legibus, quarum pa-
 selln. tom.1. „trocinio frui nunquam mihi licuit, cum
 pag. 643. „semper inique carceribus mancipata
 „degere coacta fuerim: „ Maria hanc
 protestationem suam ad acta re-
 ferri postulabat, ne ejus submissio ipsi,
 aliisque Regibus, Principibus, ac fe-
 deratis, aut Regi illius filio aliquando
 in præjudicium vergeret.

Hac etiam firmitate hostium suorum
 insidiis usque ad diem decimam quar-
 tam Octobris resistebat, atque ad Hat-
 tonis, qui ex delegatis iudicibus unus
 erat, criminationes obstupescens alle-
 rebat: „Necessitate compulsam me cer-
 „no, ut meam innocentiam omnibus
 „manifestam reddam, ac coram hisce
 „iudicibus me fisci permittam, dum-
 „modo præfata mea protestatio accep-
 „tetur. „